INDEX HOMILIARUM

LIBER OCTAVUS

DE SACRIS ARCANIS PURIFICATIONIS B. VIRGINIS, ET PRAESENTATIONIS CHRISTI DOMINI IN TEMPLO.

—

Homilia Prima.

Intemeratae Deiparae Mariae Virginis mira excellentia, ac eximia tam animi, quam corporis puritas ostenditur, ex quo, lege purificationis non fuisse comprehensam haud obscure comprobatur . . . 1

Homilia Secunda.

Antiqua lex purificationis explicatur, per quam, tanquam per figuram, et imaginem, ad spiritualem animae purificationem instruimur, hancque per poenitentiam fieri debere ostendimus: cuius mirabiles effectus, ut peccatorum animos ad eam capessendam provocemus, multiplici eruditione prosequimur. 6

Homilia Tertia.

Referuntur, et expenduntur variae causae, ob quas beata Virgo legi purificationis non obligata se libenter subiecerit; exordimur tamen a singulari eius obedientia, qua in hac purificatione mirifice praefulsisse ostendimus, permultaque de perfectione obedientiae disserimus. . . 11

Homilia Quarta.

Prosequimur causas purificationis beatae Virginis, ostendentes ex affectu humilitatis, quae in ea mirifice viguit, illius legi se subiecisse. 17

Homilia Quinta.

Prosequimur Marianae purificationis causas, novas alias adducentes, ob quas immaculata Virgo, nullius mundationis indiga, legi illius se subiecerit; eam tamen causam copiosius illustramus, quae scandali vitandi curam tangit. 21

Homilia Sexta.

Adducimus varias figuras praesentationem Christi in templo, et oblationem eius a Matre adumbrantes; pariterque ostendimus per illam, Christum, et Mariam reconciliationem generis humani cum Deo intendisse. 26

Homilia Septima.

Oblationem, quam beata Virgo fecit in templo, offerens aeterno Patri filium suum unigenitum, multiplici tam sacra, quam humana eruditione omnium fuisse excellentissimam commonstramus 29

Homilia Octava.

Recensemus varias causas, propter quas Christus Dominus voluerit a Matre sua in templo praesentari, alioquin praesentationis legi non obligatus. Prosequimur tamen duas: Nimirum, ut legibus etiam suis principes parere: parentes vero bonae filiorum institutioni consulere ab eo edocerentur. 33

Homilia Nona.

Evangelii quod Ecclesia Romana canit in die purificationis beatae Virginis, singula verba erudita paraphrasi explicamus, inchoantes ab illis: Postquam impleti sunt dies purgationis eius; *quorum variae mysticae expositionis apponuntur* 37

Homilia Decima.

Prosequimur hodierni Evangelii paraphrasim, verba illa explicantes: Tulerunt illum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur: *Pro quorum expositione variae rationes institutionis huius legis tam mysticae, quam litterales ad informandos mores varia eruditione illustratae traduntur* . . . 41

Homilia Undecima.

Prosequimur eandem paraphrasim, verba illa variis animi conceptionibus, nec non uberrima priscorum Patrum doctrina illustrantes: Ut darent hostiam secundum, quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. 46

Homilia Duodecima.

De festo quod vocant luminarium, seu candelarum, ex professo sermonem instituimus, tria haec peragentes: primum, Haereticorum petulantiam adversus luminarium usum garrientium retundimus: secundum, antiquitatem huius celebritatis aperimus: tertium varius, tam litterales, quam mysticas institutionis illius causas multiplici sanctorum Patrum doctrina illustratas tradimus. 55

Homilia Decimatertia.
Aggredimur praeludia ad expositionem Cantici, quod Simeon cecinit in praesentatione Christi Domini. Exordimur autem a dignitate sui auctoris, multa de illo encomia proferentes, tam ex vetustis auctoribus, quam ex sacris eloquiis in illa verba: Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, et homo iste iustus, et timoratus, expectans consolationem Israel, et Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini . . . 59

Homilia Decimaquarta.
Prosequimur eadem praeludia multis animi conceptionibus, ac variis Patrum doctrinis illa exponentes verba: Responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini: et venit in spiritu in templum: et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit eum in ulnas suas. 65

Homilia Decimaquinta.
Integrum Canticum Simeonis, Nunc dimittis servum tuum, *interpretamur, multiplici sanctorum Patrum eruditione, variisque animi conceptionibus illud locupletantes* 72

Homilia Decimasexta.
De statu viduitatis multa encomia recensentur, et quae insigniores viduae fuere, tam ex sacris, quam humanis litteris commemorantur: ac permulta viduis documenta traduntur, in illa verba Lucae: Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser: haec processerat in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua, et haec vidua usque ad annos octoginta quatuor 78

LIBER NONUS

DE FUGA CHRISTI DOMINI, MARIAE, ET IOSEPHI IN AEGYPTUM, AC DE SACRIS ARCANIS IN EA LATENTIBUS.

—

Homilia Prima.
Iesu, Mariae, et Iosephi in Aegyptum fugientium, prophetarum vaticinia, praedictiones, et figurae apponuntur . . . 86

Homilia Secunda.
Varia somniorum genera assignantur, et superstitiosa abiicienda docetur: rationesque traduntur, ob quas angelus non in vigilia, sed in somnis fugam in Aegyptum sancto Iosepho revelavit 89

Homilia Tertia.
Fugae Christi Domini, et Matris eius, variae circumstantiae disseruntur tam ex parte loci, et temporis factae revelationis, quam ex parte angeli revelantis; nec non ex parte Iosephi divinae iussioni promptissime obtemperantis. . . . 92

Homilia Quarta.
Tres praecipuae rationes dubitandi proponuntur, ob quas videbatur non decuisse Christum Dominum fugam arripere a facie Herodis: Totidem tamen adducuntur, quibus fugam hanc rationi valde consentaneam fuisse comprobatur. 94

Homilia Quinta.
Prosequimur causa fugae Christi Domini a facie Herodis, alias plures scitu dignissimas ex sanctorum Patrum doctrina recensentes, ac de bono, et utilitate exilii permulta tradentes 99

Homilia Sexta.
Agimus de longo, ac laborioso Virginis itinere in Aegyptum, pariterque ostendimus d. Iosephum fuisse tam matris, quam prolis singularem protectorem. 104

Homilia Septima.
Ostenditur, quam utile fuerit Christo Domino, praesertim in eius infantia, Iosephum in Mariae sponsum, et in proprium nutritium, et custodem elegisse, explicatis illis verbis: Quaesivit Dominus sibi virum secundum cor suum . . . 118

Homilia Octava.
Cum Christus Dominus per fugam recedere voluisset a facie Herodis, variae assignantur causae quare in Aegyptum potius, quam in aliam regionem diverterit. Ex professoque ad id explicantur verba illa Isaiae: Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Aegyptum, et commovebuntur simulacra Aegypti a facie eius 114

Homilia Nona.
De mansione b. Virginis cum filio, et sponso patienter lata in Aegypto, et de reditu eorum in Iudaeam sermonem instituimus; pariterque vaticinium illud: Ex Aegypto vocavi filium meum, *ex professo elucidamus.* 120

Homilia Decima.
Varia commemorantur prodigia a Christo Domino patrata a die fugae in Aegyptum usque ad reditum in Iudaeam . . . 128

Homilia Undecima.
Ex Evangelica Christi fugae historia quatuor praecipue documenta ad mores informandos deducimus: peccati occasiones fugere, Dei gratiam conservare, iuvenibus prava exempla non dare, ab impiorum consortio se abstinere. 130

LIBER DECIMUS

DE SACRIS ARCANIS B. VIRGINIS AMITTENTIS IESUM IN TEMPLO.

—

Homilia Prima.
Christus Dominus in templo suae divinitatis, et humanitatis, necnon mirabilis scientiae quae in illo latebat, praeclara inditia exhibuit, variaeque huius manifestationis imagines, et figurae proponuntur 134

Homilia Secunda.
Variae proponuntur causae, ob quas Christus Dominus voluit manere Ierusalem, in illa verba: Remansit puer Iesus in Ierusalem. 137

Homilia Tertia.
Christum Dominum duodennem sapientiae suae thesauros manifestare inchoasse, singularemque curam habuisse tunc, et per totum suae vitae curriculum, veritatem docendi, quod Filius Dei, et filius hominis pariter esset, in illa verba: Cum factus esset Iesus annorum duodecim: *et illa alia:* Et erat subditus illis . . 142

Homilia Quarta.
Sub metaphora solis, de Christi Domini manifestatione in templo disseritur; multiplici sanctorum Patrum eruditione, ac variis animi conceptionibus verbis illis explicatis: Iesus proficiebat sapientia, et aetate 147

Homilia Quinta.
Agitur de nostro profectu spirituali in eadem verba: Proficiebat sapientia, et gratia apud Deum 152

Homilia Sexta.
Explicatur adamussim, quomodo insciis parentibus puer Iesus potuerit manere in templo, et qua ratione illo triduo, quo absens fuit ab illis, victum quaeritarit; ac tandem de dolore, et gaudio Virginis propter Christum amissum, et inventum disseritur, in illa verba: Remansit puer Iesus in Ierusalem; *et in illa alia:* Regressi sunt in Ierusalem requirentes eum, et invenerunt illum in Templo . 157

Homilia Septima.
In illa verba: Pater tuus, et ego dolentes quaerebamus te, *ostenditur, Deum non posse amitti, nisi per peccatum mortiferum, cuius turpitudo varia eruditione describitur; inveniendum vero esse sedula diligentia, et ingenti animi dolore, et postquam inventus fuerit, tenacissime retinendum ad imitationem Virginis.* . 162

Homilia Octava.
Deum amissum per peccatum, diligenter esse quaerendum per dolorem, et poenitentiam; bonaque sola spiritualia esse solicite quaerenda, non temporalia, quia haec vacuam relinquunt animam, illa appetitum eius explent, in illa verba: Pater tuus, et ego dolentes quaerebamus te. 169

Homilia Nona.
Prosequimur idem argumentum ex Evangelica lectione, docentes, quo tempore, et quo loco sit quaerendus Deus; prius tamen supponimus, neminem posse quaerere Deum, nisi prius quaeratur a Deo. 172

Homilia Decima.
Ostendimus a primordiis constitutionis mundi dedisse Deum Ecclesiae suae disertissimos magistros, variasque academias instituisse, in quibus illi sinceram doctrinam docerent. Unde et Christus Dominus Hebraeorum academiam sua praesentia mirifice honorare voluit in illa verba: Invenerunt sedentem in medio doctorum, audientem, et interrogantem eos 178

Homilia Undecima.
Parentes Christi Domini secum ducentes Iesum ad templum sanctum Ierusalem, ut Paschae festum celebrarent, magni momenti documenta omnibus parentibus praebent, circa cultum divinum, et filiorum educationem. 183

Homilia Duodecima.
Prosequimur idem intentum, pleraque alia spiritualia documenta ex hodierna Evangelii lectione decerpentes 187

Homilia Decimatertia.
Haeretici verba hodierni Evangelii in pravos sensus intorquentes multis calumniis insectantur Deiparam, sed ab illis omnibus apertissime vindicatur innocentissima Virgo, in illa verba: Fili, quid fecisti nobis sic? et quid est, quod me quaerebatis? nesciebatis, quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse? et ipsi non intellexerunt, quae locutus est ad eos: *quae variis expositionibus illustrantur* 190

Homilia Decimaquarta.
Mirabile suae prudentiae specimen ostendisse beatam Virginem, dum verba, et gesta Christi Domini in pectore suo recondebat, in illa verba: Mater autem conservabat omnia verba haec: *quae iuxta sanctorum Patrum, et aliorum interpretum sententiam multifariam explicantur* 198

Homilia Decimaquinta.
Agitur de obedientia, et gratitudine, quam praestare debent parentibus filii, ac exemplum Christi Domini, qui matri suae gratissimus, et obedientissimus semper extitit, in illa verba: Et erat subditus illis 200

LIBER UNDECIMUS

DE SACRIS ARCANIS B. VIRGINIS CONVERSIONEM AQUAE IN VINUM A FILIO SUO POSTULANTIS IR NUPTIIS CANAE GALILAEAE.

—

Homilia Prima.
In illa verba: Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae: et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus, etc. *variae causae traduntur ex priscorum Patrum doctrina, ob quas Christus Dominus nuptiis interesse voluerit ; illam tamen latius prosequimur, quae matrimonii approbationem tangit, adversus Haereticos illud refellentes, cuius et praeclara documenta tam viris, quam uxoribus praebentur.* 206

Homilia Secunda.
Matrimonium ex ea praecipue causa dissuadetur, quod valde difficile sit, probam invenire uxorem ; si tamen nubendum sit, mutuus inter coniuges oportet vigeat amor, ut felix sit connubium, in eadem verba: Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae 215

Homilia Tertia.
De triplici spiritualium nuptiarum genere disseritur in illa eadem verba: Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae. . . . 220

Homilia Quarta.
Beatae Virginis verba: fili vinum non habent, *necnon illa Christi Domini :* quid mihi, et tibi est mulier? nondum venit hora mea, *multiplici priscorum Patrum expositione illustrantur, et a multis Haereticorum calumniis Deipara vindicatur.* 228

Homilia Quinta.
Prosequimur idem intentum, singularia quaedam dubia, quae ex Marianis verbis: Vinum non habent, *emergunt, in defensionem b. Virginis utiliter enodantes, ac multa alia, quae occurrunt, elucidantes* 233

Homilia Sexta.
Quidam haeretici Priscillianistae astrologiae iudiciariae cultores existimarunt Christum Dominum dixisse: Nondum venit hora mea, *quia fato erat subiectus. Sed confutatur eorum delirium, pariterque illorum error acerrime expugnatur, qui putant per astrologiam iudiciariam singulares futuros eventus, a libera voluntate pendentes, praenosci posse in particulari; ac tandem, quid tuta conscientia astrologi praedicere possint, breviter edocetur* 237

Homilia Septima.
Verba Virginis : Quodcumque dixerit vobis, facite, *explicare incipimus, varia, quae in illis latent, arcana detegentes.* 251

Homilia Octava.
Illa eadem verba Deiparae Virginis: quodcumque dixerit vobis, facite, *quibus Christo obediendum consuluit, elucidantur, multaque obedientiae, praecipue tamen coenobiticae, praeconia, et utilitates proponuntur* 254

Homilia Nona.
In eadem Virginis verba: quodcumque dixerit vobis, facite, *de gradibus perfectae obedientiae disserimus, variis animi conceptionibus, et sanctorum Patrum doctrinis argumentum hoc locupletantes* . . 261

Homilia Decima.
In eadem verba Deiparae: quodcumque dixerit vobis, facite, *idem obedientiae argumentum prosequimur: celebriores viros veteris testamenti referentes, qui heroica eius exempla nobis reliquerunt; necnon creaturas alias rationis expertes, quae Dei imperio semper parent.* 269

Homilia Undecima.
In illa eadem verba Deiparae Virginis : quodcumque dixerit vobis, facite, *de servandis Ecclesiasticis caeremoniis sermonem instituimus* 272

Homilia Duodecima.
Hodierni Evangelii erudita incipit paraphrasis, ex sanctorum Patrum, et aliorum gravissimorum doctorum monumentis, nec non ex quibusdam aliis a nobis excogitatis concinnata 274

Homilia Decimatertia.
Prosequimur eiusdem Evangelii paraphrasim, ex variis sanctorum Patrum doctrinis, et aliis a nobis excogitatis . . . 278

LIBER DUODECIMUS

DE SACRIS ARCANIS B. VIRGINIS, PASSIONEM, ET MORTEM CHRISTI DOMINI PLANGENTIS.

—

Homilia Prima.
Beatam Virginem mortem filii sui vehementer doluisse rationibus, et Patrum testimoniis, necnon verbis Simeonis : tuam ipsius animam pertransibit gladius, *multiplici expositione illustratis, palam fit* 287

Homilia Secunda.
Acerbissimi doloris beatae Virginis in passione, et morte filii sui varias causas, et rationes enarrare aggredimur, ab illa inchoantes omnium notissima, quae ab ardentissimo eius amore petitur, qui mensura doloris amantium esse noscitur. . 293

Homilia Tertia.
Causas Virginis dolorem vehementer augentes in passione Christi Domini, late, sed compendiose prosequimur 298

Homilia Quarta.
Facta comparatione Mariani doloris cum reliquorum omnium tam virorum, quam foeminarum doloribus, quorum tam sacra, quam profana meminere eloquia; Virginis moerorem, reliquis omnibus acerbiorem fuisse in passione, et morte filii sui aperte commonstramus, in illa verba Hieremiae: Cui comparabo te, et consolabor te Virgo filia Sion? magna est velut mare contritio tua: quis medebitur tibi? . 302

Homilia Quinta.
De acerbitate eiusdem Mariani doloris in illa verba: Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius, *Threnorum primo* 307

Homilia Sexta.
Beatissimam Virginem adeo doluisse de morte dilectissimi filii sui, ut vere martyr, et plusquam martyr fuerit, tam sanctorum Patrum testimoniis, quam variis animi conceptionibus palam facimus. . . 309

Homilia Septima.
Doloris acerbitatem, quem beata Virgo sustinuit in passione Christi dilecti filii sui nullum in ea peperisse spasmum ex professo comprobamus, refutatis aliorum sententiis, qui illum admittunt, et explicatis sanctorum Patrum testimoniis, qui eis favere videbantur 516

Homilia Octava.
Varia sanctorum Patrum eruditione, multisque animi conceptionibus verba illa Ioannis elucidantur: Stabat iuxta crucem Iesu Mater eius, *cuius fidem, spem, charitatem, ac insignem constantiam iuxta crucem praecipue emicuisse ostendimus.* . 313

Homilia Nona.
Beatam Virginem cruci adstantem, summum dolorem cum summa magnanimitate, in fortitudine coniunxisse, in illa eadem verba: Stabat iuxta crucem Maria Mater Iesu. 321

Homilia Decima.
Christum Dominum e cruce depositum suscipit sacra Virgo in gremio suo; et quae tunc maternae pietatis officia ei praestiterit, enarrantur; sed prius de constantia eius iuxta crucem ex ardenti amore in Christum orta, varia eruditione disseritur. 324

Homilia Undecima.
Quo pacto beata Virgo cruci adstans humano generi multum profuerit; et qua ratione intelligendi sint sancti Patres, palam asserentes, illam cooperatam fuisse ad redemptionem generis humani; cum tamen certum sit secundum fidem catholicam, solum Christum Dominum suo sanguine nos redemisse, luculenter enucleatur. 328

LIBER DECIMUSTERTIUS

DE SACRIS ARCANIS B. VIRGINIS, IN MORTE, SEPULTURA, ET RESURRECTIONE EIUS LATENTIBUS.

—

Homilia Prima.
Beatam Virginem Patres nonnulli dubitarunt mortem obiisse; sed vere mortuam fuisse, auctoritate, et ratione comprobatur ; sed prius fit satis quaerentibus, quare b. Virginis ortum, et mortem, necnon heroica eius facinora paucissimis exceptis, sacri Evangelistae reticuerint. 333

Homilia Secunda.
Beatam Virginem ad mortem se praeparasse per sumptionem Eucharistiae commonstratur; confutatis prius illorum doctorum opinionibus, qui etiam per sacramenta confessionis, et extremae unctionis se disposuisse perperam effutierunt. 335

Homilia Tertia.
Varia magnalia, quae mortem Virginis praecesserunt, ut hora mortis revelata; allata ab angelo in signum victoriae palma; Apostoli per totum terrarum orbem dispersi repente domi eius congregati ; Christus Dominus morti eius corporaliter praesens ; ac tandem quae filius, et Mater ad invicem locuti fuerint, recensentur. 338

Homilia Quarta.
Beatam Virginem nullo morbo laborasse, dolorem in morte nullum sensisse, nec daemonis horribilem vultum intuitam, sed ex ardenti divini amoris febre obiisse : cuius obitus triplex circumstantia, realis praesentiae Christi, loci, et temporis, hoc est domicilii, in quo degebat, anni, mensis, diei, et horae, in qua e vita discessit, ex doctrina antiquorum Patrum aperitur. . . . .

Homilia Quinta.
Varia arcana de sepultura, et funere b. Virginis, ac de singulari eius pompa divinitus ordinata, ex priscorum Patrum, et aliorum doctorum monumentis aperiuntur. 348

Homilia Sexta.
Super sepulcrum Deiparae Virginis epitaphia quatuor collocantur, ex Evangelica lectione deprompta, quae varia eius praeconia decantant. 352

Homilia Septima.
De emortuo corpore Deiparae Virginis ab omni corruptione divinitus praeservato ; necnon de gloriosa eius ad vitam immortalem intra triduum resurrectione, variis rationibus, ac multiplici sanctorum Patrum, et aliorum doctorum eruditione disserimus 357

LIBER DECIMUSQUARTUS

DE SACRIS ARCANIS B. VIRGINIS, IN EIUS ASSUMPTIONE, ET CORONATIONE LATENTIBUS.

—

Homilia Prima.
Apte satis Ecclesiam catholicam Evangelium Marthae, et Mariae Virgini in coelum assumptae accommodasse, adversus oblatrantes Haereticos palam fit. . . . 362
Homilia Secunda.
Quam apte conveniant in beatam Virginem verba illa hodierni Evangelii: Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea, *pulchre disseritur.* 368
Homilia Tertia.
Montis metaphoram b. Virgini accommodamus, praecipuos montes commemorantes, quorum tam sacra, quam prophana eloquia meminerunt, permultaque dicimus, quae Deiparae in coelum assumptae excellentiam, et in nos misericordiam commendant 371
Homilia Quarta.
Sub metaphora castelli varia Virginis encomia proponuntur in illa verba: Intravit Iesus in quoddam castellum. . . 378
Homilia Quinta.
Variis animi conceptionibus, multiplicique tam humana, quam sacra eruditione explicantur verba illa Canticorum : Quae est ista, quae progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, etc. 382
Homilia Sexta.
Serpenti, navi, et aquilae in sublime volanti beata Virgo comparatur. Volasse autem ostendimus duabus alis vitae activae, et contemplativae ; et instar aquilae dum volavit, oculos suos non avertisse a filiorum tutela; nonnullaque alia aquilae propria, beatissimae Virgini in coelum assumptae adaptantur. . . . 389
Homilia Septima.
Beatam Virginem nullam passam fuisse internam tentationem ex peccati fomite dimanantem ; sustinuisse tamen externam ex suggestione diaboli ortam, quam tamen semper viriliter superavit, adversus quosdam moderniores doctores aperte commonstramus 395
Homilia Octava.
Metaphoram palmae multiplici eruditione, variisque animi conceptionibus elucidare conamur, in illa verba: Quasi palma exaltata sum in Cades 398
Homilia Nona.
De magnitudine gloriae essentialis, qua beatissimae Deiparae sublimia merita fuerunt ex iustitia remunerata, in illa verba: Iustitia plena est dextera tua . . 403
Homilia Decima.
De magnitudine gloriae accidentalis Deiparae Virginis, ubi de percelebri pompa, dulci melodia, ac regio apparatu, quo assumpta fuit in coelum, disserimus. . 407
Homilia Undecima.
Ostendimus, custoditas diligenter a Domino Marianae civitatis portas, quae fuerunt conceptio, et mors, in illa verba Davidis : Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob . . . 413
Homilia Duodecima.
Adductis variis sacrarum litterarum locis, in sensu mystico explicatis, gloriosam Deiparae Virginis Assumptionem illustrare conamur 418
Homilia Decimatertia.
Beatam Virginem in coelum assumptam in corpore glorioso, ex sacris Scripturis secundum sensum mysticum, ex sanctis Patribus, ex theologis scholasticis, ex universali Ecclesiae consensu, ac tandem ex multis coniecturis cum ratione valde coniunctis, demonstramus ; pariterque aperimus errorem esse in fide id abnegare. 422
Homilia Decimaquarta.
Prosequimur magnitudinem gloriae accidentalis Deiparae Virginis, ubi de sublimitate throni, ad quem ex die assumptionis sui evecta, ac de multiplici corona, qua ad dexteram Filii sedens fuit coronata, disserimus 431
Homilia Decimaquinta.
Prosequimur Virginis coronationem ; prius tamen ostendimus, beatam Virginem in coelum assumptam matris pariter, et reginae munere fungi, ut nec voluntatem protegendi, cum mater, nec potentiam, cum regina sit, in ea desiderari suspicemur 438
Homilia Decimasexta.
Deiparae in coelum assumptionem valde nobis utilem esse ostendimus, cum ibi munus advocatae pro peccatoribus incessanter exerceat 442
Homilia Decimaseptima.
Prosequimur magnitudinem potentiae reginae Mariae ad benefaciendum implorantibus eius auxilium; pariterque ostendimus, quotquot salvantur, aut coelestia charismata recipiunt, vel certe a malis liberantur, id totum mediante Virginis intercessione divinitus praestari . . . 446
Homilia Decimaoctava.
Beneficentiam b. Virginis adeo in omnes se diffundere, ut illius participes sunt coelestes Incolae: viatores omnes, tam fideles, quam infideles : Animae ergastulo purgatorii detentae ; immo et nonnulli qui poenas inferni sustinentes, Virginis tamen intercessione ad vitam revocati, facta poenitentia in coelum evolarunt . 452
Homilia Decimanona.
In illa verba: Martha satagebat circa frequens ministerium, *explicatur, in quo consistat vita activa, quis eius scopus, et finis, quae propriae eius actiones, quibusque tandem indigeat, ut opera eius sint meritoria.* 456
Homilia Vigesima.
In illa eadem verba: Maria optimam partem elegit, *explicatur breviter natura vitae contemplativae, et scopus, quem respicit, necnon quae sint eius propria munera, et operationes* 458
Homilia Vigesimaprima.
Praeconia non pauca vitae solitariae, et bona, quae solitudinis capacibus affert, in medium producuntur, in illa eadem verba : Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. 460
Homilia Vigesimasecunda.
Proponuntur encomia, et utilitates maiores vitae coenobiticae supra vitam solitariam, in illa eadem verba : Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea 463
Homilia Vigesimatertia.
Varias in medium producimus figuras, et tropos, vitam mistam repraesentantes, quorum sancti Patres meminere; permultaque docemus ad hoc vitae genus pertinentia, in eadem verba: Maria optimam partem elegit, etc. 466
Homilia Vigesimaquarta.
Figurae variae sacrae Scripturae proponuntur, quae communi sanctorum Patrum calculo activam, et contemplativam vitam adamussim exprimunt, in eadem verba: Maria optimam partem elegit, etc. . 471
Homilia Vigesimaquinta.
De natura, scopo, et operibus vitae mistae disseritur, eamque perfectiorem esse vita activa, et contemplativa, apertissime commonstratur, in eadem verba : Maria optimam partem elegit 476
Homilia Vigesimasexta.
In illa verba : Mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam, *de virtute hospitalitatis praecipue erga pauperes disseritur* 482
Homilia Vigesimaseptima.
Aurea apponitur catena hodierni Evangelii ex doctrina sanctorum Patrum, et ex aliis a nobis excogitatis contexta ; quae tam litteralem, quam moralem illius sensum amplectitur 500